



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 24. Quomodo Christus ab Herode irrisus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)



MEDITATIO
VIGESIMAQVARTA.

QVOMODO CHRISTVS
*tanquam stultus ab Herode
contemptus & irri-
sus sit.*

EVANGELIVM.

LUC. 23.



PREVIT autem il-
lum Herodes, cū ex-
ercitu suo, & illū
indutum veste alba,
& remisit ad Pilatū.
Et facti sunt amici Herodes & Pila-
tus, in ipsa die. Nam antea inimici
erant ad inuicem.

FIGVRA.

1. Reg. 23.

DAVID pro stulto habitus &
*contemptus fuit ab Achis Rege
Geth.*

PRO-

PROPHETIÆ.

ASTITERVNT Reges terra, & *Psal. 2.*
principes conuenerunt in unum ad-
uersus Dominum, & aduersus Christum
suum.

Factus sum in derisum omni populo, Hier. 5.
santicum eorum tota die.

CONSIDERATIONES.

SPREVIT Saluatorem nostrū He- *1. Punctū*
 rodes, & pro stulto habuit. Quanto
 nobis hoc exemplum deberet esse sola-
 tio; quā vehementer & nobis optan-
 dum esset, vt contemneremur & stulti
 pro Christo haberemur? ipse enim hæc
 pro nobis pertulit: neque vllō genere
 iniuriæ, aut conuitij, aut mendacij ab vl-
 lo appeti possumus, cuius nō simile atq;
 adeo maius aliquid sustinuerit Chri-
 stus. Ille enim dum viueret, habitus est
 homo nationis peruersæ, & à dæmone
 occupatus, cū illi dictum est: *Nonne Ioan. 8.*
benedicimus nos, quia Samaritanus es,
& Dæmonium habes? Habitus etiam est
 pro Mago: *In Beelzebub, inquit, prin-* *Luc. 11.*
cipe dæmoniorum eicit dæmonia. Itemq;
 pro vorace & vincto, & malis artibus
 vtente, cū dicerent: *Ecce homo vorax, Matt. 22.*
& potator vini, publicanorum & pecca-
torum

torum amicus. Aliàs pro blasphemus, quia Filiū Dei se faciebat, & peccata remittebat. Ad extremum captus est à Iudæis tanquam latro: in Annæ domo reprehensus & percussus vt arrogans; apud Caiphā imposita fuit illi blasphemia: tanquam iceleratus Pilato traditus; ibi à Iudæis accusatus, vt seductor, vt rebellis, vt regni affectator, vt sacrilegus. Nihil iā restabat aliud post tot ignominia genera, nisi vt stultus etiam haberetur.

Colos. 2.

Considera peruersum mundi iudicium. Verbum æternum, Sapiencia illa increata, quæ fecit & regit totū hoc vniuersum, ille, *in quo absconditi sunt thesauri sapientia & scientia*, ab Herode atque eius aula iudicatur stultus, vestitur vt stultus, irridetur vt stultus O inauditum humilitatis exemplum! ô stultitiam & insaniam mortalium! Bone Iesu, quis te in hanc induxit stultitiam, vt tu pro nobis stultis & insanis stultus haberi volueris! Tu scilicet es magnus ille Noe, pater ille futuri seculi, qui cum humanam nostram naturam tanquam vineam electam plantasses, deinde vino amoris erga illam ebrius factus es: Oculi sponsæ tuæ offecerunt, vt extemplo exires. Amor nostri, suauissime Iesu, & pulchritudo Ecclesiæ tuæ, ad hanc

hanc te stultitiam produxerunt.

Iussit Herodes indui Dominum veste alba, sicut stultum & remisit illum Pilato. Vbi considera miserabilem illam egredientis & progredientis speciem, cum Redemptor mundi ab Herode sic spretus, ab infimis mancipijs ridetur, pugnis, calcibus, verberibus è palatio protruditur. Vide quanto cū contemptu & ignominia ipsum deducant, quot sannis illum irrideant: ad singulas vias afflicto & fatigato IESU noua opprobria & dolores accumulantes. Inuolant in illum rabidi canes non sine stridore & strepitu, atque, quo maior sit ignominia, ducunt eum vijs celebrioribus, & publicis locis Hierosolymæ, si quis fortè occurrat in via, ei ad illudendum & subsannandum eum propinant. Fit concursus ignaræ plebis, vident omnes habitum, alij sublato cachinno illum sibi ludos faciunt, cantant alij, alij conuiuiantur, alij luto faciem aspergunt, alij saxis, alij alijs sordibus illum petentes tanquam stultum, planè conspurcant, erant qui veste, erant qui funibus quibus constringebatur, nunc huc, nunc illuc indignum in modum raptarent. Atque his illum iniuris & hac indignitate tractabant homines
 scele-

sceleratissimi, ut mandata scilicet superbi & irati Herodis explerent.

Adspice nunc cum intimo dolore animi tui dilectum Iesum: vide ut incedat ærumnosus, quo pudore suffusa sit pulcherrima illa facies, quantis doloribus & supplicijs cor eius dstringatur. Vide ut ad hoc nouum & inusitatum spectaculum confluant gentes: audiunt verba contumeliosa in ipsum iacta, vident incedere humilem Iesum in illo habitu indigno, tanquam agnum ligatum & mutum: ipsum adeo, quasi omnium horum criminum iam ante cõuictum, rubore inficere faciem sputis, sanguine, sordibus fœdam, verberibus sceleratarum manuum liuidam. Atque alij mirantur, alij exultant, nonnulli, ut credibile est, non ignari hæc illum immerentem sustinere, ex intimo doloris sensu lacrymas fundunt.

Considera & tu acerbè dolens, anima mea, quomodo Iesus sponsus tuus, lætitia cæli, & Rex gloriæ, tã fuerit contemtus & nihili habitus, ut iam non haberet formam hominis, sed terreni vermiculi, neque solum ut flagitiosus capitis damnatur, sed etiam ut stultus ab omnibus ludibriò habetur. I nunc homo tumide & superbe, qui coram Deo
fœdum

DE PASSIONE DOM. 201

foedum exhalas odorem, qui tantum
studium in sacco sordium, & nido ver-
mium, delicatis & preciosis vestibus ex-
ornando consumis: interim Deus Ma-
iestatis, tua causa, veste alba & infami,
more stulti, ad ludibrium induitur.

COLLOQVIVM.

ROGABIS Christum Dominum,
vt quoniam ipse, quamuis sit æter-
na Sapientia, tamen ad nostram igno-
rantiam & stultitiam luendam, voluit
more stulti indui & irrideri: pati etiam
vt ex vna via publica ad alteram, ab hoc
ad illum iudicem mitteretur & remit-
teretur: cum tanto pudore & ignomi-
nia: det tibi gratiam, qua omnem hu-
manam laudem & existimationem de-
spectui habeas, idq; ipsius caritate, atq;
adeo exoptes ab omnibus nihili pendere,
& quasi pede calcari. Simul vt doceat te
prudentiam mundi huius fugere, quæ
apud ipsum est insignis stultitia, vt ali-
quando peruenias ad ipsum, qui vera est
sapientissima, & certissima veritas.

DOCUMENTA.

1. **S**i à mundo contemnimur, gaude-
mus: nam si ab eo laudaremur, in-
diciū esset improbitatis nostræ: Is

K

enim

mos est saeculi accusare bonos, improbos
laudare, quod Christo accidit.

2. *Mundus cum suis, tum sermone tum
factis vitiosis, virtutem & bonitatem ni-
hili aestimat, atq; ad eum pro stultitia habet.
Qua ex r. colliges, quam parvi opiniones
& iudicia mundanorum hominum facere
debeamus.*

3. *Si deridemur & desipere putamur,
eod quod Deo virtutibus persequendis ser-
uiamus, nihil nobis triste videatur, sed
latum potius & iucundum, quod à simi-
litudine Christi propius absimus.*

4. *Religiosum virum nequaquam abi-
iecti & simplicis habitus sui pudere de-
bet. Christus enim nostra causa ne fatuus
quidem habitum recusavit.*

5. *Quoties aut plurium aut meliorum
vestium, quam status noster exigit, cupi-
ditate tenemur: toties pauperi & humili
Iesu illudimus.*

6. *Quamquam non explevit votum He-
rodis Christus, quippe quod nulli bono ef-
set, alia tamen parte beneficium contulit,
quod non petebat: dum cum Pilato illum
restituit in gratiam. Sic si quando non
concedat Dominus quod petimus, nun-
quam tamen non est illius loco aliud me-
lius, & aptius saluti nostra.*

7. *Non satis fuit Herodi spreuisse Chri-
stum,*

stum, sed remittit etiam indutum veste alba & ridicula, ut eum alijs similiter deridendum praberet. Id nos imitatur, quoties nō contenti in animo iudicare de proximo, sed verbis etiam ad audientes proferimus, ut & apud illos existimationis iacturam faciat.



MEDITATIO

VIGESIMAQVINTA.

QVOMODO BARRABAM
Christo Iudai prætulerint.

EVANGELIVM.



CONGREGATIS LUC. 23.
igitur principib⁹ Sa-
cerdotum, & magi-
stratib. & plebe, dixit
ad illos Pilatus: Ob-
tulistis mihi hunc hominem, quasi
auertentem populum; & ecce ego
coram vobis interrogans, nullam
K 2 caussam.